



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

Item Certamen eiusdem sanctæ & gloriosæ Martyris Christi Barbaræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

His ego Theodoricus Pauli de Gorcum quia interfui, & prædicti Henrici confessionem quartè audiuī, sacramenta administraui, vulnera eius ac membra tractauī, tractandaque alijs obtuli, ipsum præterea tenui inter brachia mea morientem, & nō modico quidem tempore, ut rogatus quoquā à filiabus & amicis, ab eodem receffi, non potui tam glorioſo miraculo testimonium non præſtare, & hæc ad Dei gloriam scribere.

ITEM CERTAMEN EIVSDEM SANCTÆ
ET GLORIOSAE MARTYRIS CHRISTI*Barbara, Authore Simeone Metaphraſte.**Habetur apud Aloysium.*

MA XIMIA NO impio Imperatori, qui studij plurimum conferebat in errorem idolorum, hoc maximè perpetuò erat cura, ut dæmones quidem coleret, & impietatem omnibus opibus & viribus confirmaret: iū autem, qui Christi diuinum nomen colebant, aut piam fidem abiurarent, aut varijs traditi supplicijs, cum bonis omnibus quæ aderant, vita quoquā violenter priuarentur. Quædam autem regio, que vocatur Heliopolis, virum habebat insignem, religione quidem gentilem, valde verò diuitem, & huius mundi splendore clarissimum. Is vocabatur quidem Dioſcorus: vnius autem puellæ erat pater, cui nomen erat Barbara. Eius verò in illam is erat amor, qui debebat esse pater S. Barbara. eius, quin illam solam omnem suam spem defixerat. Eam cùm, vt quæ effet vultu admodum formosa, & pulchritudine eximia, vellet conseruare integrum, & nulla labe pollutum, & idē nec sineret quidem adspici ab ijs, qui foris erant, excelsa turre reconfuncta, & domo in ea artificiosè adificata, illuc bearam ita collocauit habi- S. Barbara in turri cōmoratur. tandum, vt nec vlli ad eam pateret aditus, nec vir vllus eam attingeret oculis. Erat autem hoc opus diuinæ prouidentiæ, quæ futurū diu antè considerabat. In ea enim paracleti gratia latentes eius oculos latenter attingens, & illuminauit luce diuinæ cognitionis, & verum Deum notū ei fecit admirabiliter. Habebat ergò turris virginem, quæ adificata erat super fundamentum fidei, & conseruabatur ad hoc, vt effalus multorum.

Cum autem iam esset nubilis, pater erat valde sollicitus, quisnam esset eam acceptus uxorem: & multi quidem & genere & opibus præstantes, de eius coniugio cum eo sermones contulerunt. Eius enim pulchritudo, etsi non conspecta, auditio tamen accepta, faciebat vt eius nuptiæ magna contentione peterentur. Verum enim uero patri videbatur esse indecorum & planè illiberalē, si quod ipse magno agebat studio, filia non notum existeret, & eius scopo minimè affentiretur. Ad eam quidem certè veniens, de matrimonio cum ea communicat, & quanto studio & quanta cura ei prouidere cuperet, significat. Illa autem cùm non modò corde, Omnia sed ne summis quidem auribus eam rem veller admittere: sed tanquam absonum recusat nū & absurdum aliquid id reieciſset, & ipsum patrem iratè repulit: & Nè de ea re, di- Ptias. xit, mecum iterum verba feceris. Nam tu pater deinceps non vocaberis, & efficies, vt ego mihi manus afferam. Pater autem statuens longè esse honestius persuadere, quām cogere, ratusque eius constantiam non'esse pertinaciam, nec inobedientiam, sed vehemens desiderium castitatis: & alioquā ei præbens tempus deliberandi, sperans fore, vt fortassis mutaretur, & ei morem gereret, cùm nihil dixisset amplius, ex turre quidem descendit protinus: veniens verò ad lauacrum, Lauacru ei conditur. quod tunc adificabat, torus ei vacabat, cuius vrgens adificationem, & magnam articulū adducit multitudinem: & cùm, vt quamprimum effectum redderent mandasset, & eis integrum mercedem præbuisset, ipse in longinquam profectus est regionem.

Cum diu autem esset moratus in ea peregrinatione, Dei ancilla Barbara descendit exture, visura quemadmodū fieret lauacrum. Deinde cùm illic fuisset, & contemplata esset partem, quæ vergit ad meridiem, duas habere fenestras, quæ lu-

cem

IUS

C.P.
ETI.

DECEMBER.

780

cem præbeant, repræhendit artifices, dicens: Cur duabus fenestræ tertiam non adi

icisti, cùm sic & maius lumen posset accipi, & id simul esset futurum elegantius & magis decorum? Cùm ijs autem dixissent, Pater tuus sic iussit: instabat Barbara

S. Barbara iuber terciam adiicien- ut aliam adiicerent. Cùm ijs verò alteram vererentur addere, patris merum addu-

centes tanquam honestam excusationem, beata Barbara tres simul ostendens cum digitis, Vobis, inquit, tres sunt constituenda fenestra. Si pater autem ægrè ferat,

ipsa reddam rationem. Cedunt artifices, & implent id quod eis imperatum fuerat.

Postquam verò fuit effectum totum lauacri ornatum, sibi accedens fandus ad id contemplandum, quoniam cor eius possidebat diuinum spiritus gratia, & per fidem impletum erat fiducia in Christum, stans ad piscinam, & adspiciens ad Ori-

Notæ signū entem ijs, quæ erant in ipsa, marmoribus digito impressit figuram diuinæ Crucis, & vt posteris quoquè notum esset id, quod factum fuerat, & Christi virtus prædicatur, Crucis figura, quæ digito erat signata, tanquam ferre insculpta, in hodiernum vñque diem signata ostenditur in marmore, non ad tacitū solū admiracionem, sed etiam ad maiorem fidem adducens spectatores. Verum enim erò in ho-

diernum vñque diem hoc quoquè lauacrum conseruatur, quod ijs, qui sunt Christi amantes, curat omnem dolorem. Quod quidem si quis velit comparare cum

fluentis Iordanis, aut cum fonte Siloë, aut etiam cum piscina Probatæ, à veritate minimè aberraerit. Etenim per illud similiter Christi virtus ostenditur multa efficere admirabilia. Per hoc ergò lauacrum martyr aliquando transiens, cùm in

simulacra inieceret oculos, quæ ab eius patre colebantur, & dij malè exstimatorum, corum quidem adspicere ægrè tulit: grauia autem edens suspiria propter eos, qui ea colebat, animam planè nullo sensu præditam, deinde illorum quoquè vul-

Psal. 13. vñque diem confituit, dicens: Similes vobis siant, qui vos adorant, & omnes qui vestro digno- Vide sancte gent auxilio. Sic dixit, & cùm in turrem rursus redisset, orationibus vacabat & ie- virginis exercititia.

Cap. 4. Non multum temporis intercessit, & iam pater ad eam reuersus, & quæcumque erant domi, considerans, postquam in lauacrum iniecit oculos, vñsa tercia, quæ du-

abus adiecta erat, fenestra, rogauit quoniam modo hoc factum fuisset præter eius iussum. Cùm autem illi ei exposuerint, quæ innouasset filia, eam accersit & roga-

uit. Illa verò nullo modo negauit: sed dixit oportere sic fieri, & recte factum esse

Pater ægrè affuerauit. Ille verò statim motus ad iram, Dic mihi, inquit, quomodo & quanam ratione ita se habet melius? Illa autem, Quatenus, inquit, tres multum differuntur

duobus. Nam tres, inquit, fenestra illuminant omnem hominem venientem in hunc mundum. Hoc verò dixit omnino, sancta Trinitatis significans maiestatem.

Deinde pater conturbatus nouitatem sermonis planè admirabilis, cùm eam eorum assumpset, & venisset ad ipsam lauacri piscinam, Quoniam modo, inquit, lu-

men trium fenestrarum illuminat omnem hominem? Illa autem, Attende, inquit, pater, & intelliges id quod dictum est: & simul ei ostendit signū Crucis. Deinde

S. Trini- tatem. Vide, inquit, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Ab hac luce omnis creata natura illuminatur intelligenter. Hunc itaque verum sermonem cùm malæ & ad mendacium exercitata aures minimè tulissent, ira fuere re-

Ille cædem pectora, & pater oblitus se esse patrem, tyrannus properauit esse & parricida, & qui ei affiret pendebat ab huinc, stricto ense pater aggressus est sua manu occidere Barbaram.

Illa autem cùm manus simul & oculos & mentem in celum suffulisset, cùm qui potest dare salutem, vocabat ad auxilium. Ille verò non neglexit ea facere, que

consueuerat: sed quomodo Teclam protomartyrem conseruauit ab ijs, qui perficiebantur, petra quæ occurrerat, jubens, vt dispergeretur, & eam sinu excepere:

Insigne mi- ita hanc quoquè gloriosam simili conseruat miraculo. Nam cùm ille carnifex (no-

raculum. que enim parcidam fas est vocare patrem) ense sublato procederet in filiam, petra scissâ in duas partes, eam exceptit diuino & omnipotente nutu, & nè a

manibus cædem spirantibus caperetur, conseruauit, transmittens ad loca me-

gis montana. Sed nec sic quidem poterat intelligere, qui ipsi lapidibus erat me-

gis impatibilis, & minus sensu prædutus. Adhuc enim eodem incitabatur impetu & desiderabat accipere filiam: non vt qui esset pater, sed potius filius eius, qui fu-

it homicida ab initio, vt dicam cum diuina scriptura: vt, cùm inuenierit, simul ma-

ctet & perdat.

Cùm verò in duos incidisset pastores, rogauit an de ea scirent aliquid. Ex his

aureis

SUR

qbe
M. O. B.
RV.

4. Reg. 5.
Ioan. 9.
Ioan. 5.

Psal. 13.
Vide sancte
virginis ex-
ercititia.

Cap. 4.

Pater ægrè
fert tertiam
adiecam
fenestram.

Patri prædi-
cator, pater, &
intelliges id
quod dictum
est: & simul ei
ostendens
digitis. Vide,
inquit, Pater,
Filius, & Spiritus
sanctus. Ab hac

luce

omnis crea-

tua natura illumi-

naturatur intel-

ligenter. Hunc itaque verum ser-

monem

cum malæ

& ad mendaci-

um exercitata aures

minimè tulis-

sent, ira fuere re-

pletea: & pater oblitus se esse patrem, ty-

rranus properauit esse & parricida, & qui

ei affiret pen-

debat ab huinc,

stricto ense

pater aggressus

est sua manu

occidere Barba-

ram.

Illa autem cùm manus

simul & oculo-

s & mentem

in celum sufful-

isset, cùm qui

potest dare salu-

tem, vocabat ad auxilium.

Ille verò non neglexit ea facere, que

consueuerat: sed

quomodo Teclam

proto-

martyrem

conseruauit ab ijs,

qui perficie-

ban-

ti.

Cum qui

perficieban-

ti.

et perdat.

Cum verò in duos

incidi-

set pas-

tores, ro-

gauit an de ea

scirent ali-

iquid. Ex his

aureis

autem alter quidem, qui erat animo misericors, & cui dispicebat, eam quam pater
persequebatur, prodere, statim negavit, & se simulauit ignorare, mendacium salu-
Mendaciū
tarē pro veritate, quā lāderet, éligans. Ceterū hīc aperte erubescat Herodes, qui
salutare, pu-
non rectē seruabat iusurandum, vt etiam aliquid inseram narrationi, & qui, vt ma-
tā virgini.
lam defenderet voluptatem, stabat iusurando. Alter verò nequaquam quidem
lingua, sed dīgo, quod est sceleratus, indicans, ostendebat viam, quā ad ipsam
ducet. Quod factum est itaque, non tūlīt iustitia, sed statim sceleris intulit sup-
plicium: & cūm eius oues execrata esset martyr, non amplius erant oues, sed mu-
tata fuerant in scarabeos, qui ad perperuam sceleris accusationem, sancta Barbara
sepulcrum perpetuō circuuiolant. Hāc ergō dolosi pastoris vestigia securus
amens Dioſcorus, cūm sanctam in monte compræhendisset, primum quidem itā crudeliter
vī erat ira pēcūtis, concindit verberibus. Deindē eam coma appræhendens & vi
in S. Barbara
trahens, tunc quidem includit in parua domuncula, imponens custodes, & ostium
pater,
obserans & obſignans. Deindē etiam magna celeritate veniens ad Præsidem Mar-
tianum, qui tunc illic gerebat magistratum, refert ei rem omnem. Summa autem
erat, quidem deos negasset filia: res vero Christianorum elegisset præter
spem honore. Hāc dixit, & adductam tradit in manus illius, cūm eum prius ad-
egisset sacramento, nō parsūrum esse filia, (ō paterna viscera, pater) sed violentissi-
mē eam effe tractatūrum, & effe grauissimis consumptūrum supplicijs.

Martianus ergō cūm federe protinus fecisset iudicium, & sanctam curāsset si. Cap. 6.
stendam: tunc morum contemplatus honestatem, & formam pulchritudinem, S. Barbara
partis sacramenti oblītus, eam paratus erat magis mirari, quām castigare. Sic er-
rō & verbis benignioribus, Misericordia tuā, dicebat, ô Barbara, promptoque & ala-
crianimo nobiscum dij sacrificia. Nam ego quidem tuā curam gero, & parco tor-
mentis talem subjecere pulchritudinem. Sin autem non parueris, me deinceps co-
geste vī, ut volo. Martyr autem, Ego sacrificium, inquit, laudis Deo meo offero,
qui creauit calum & terram, & omnia que in eis sunt. De tuis vero, inquit, vanis
dij, prædicūm quidem est à Davide in diuino spiritu: Simulacra gentium argen- Psal. 113.
tum & aurum, opera manuum hominum. & Omnes dij gentium dæmonia: Do- Psal. 95.
minus autem calos fecit. Ei verò ego quoquā assentior, effe vanam, quae est in eis,
spem, & inanem aperte confiteor. Hāc cūm dixisset martyr, iudex ira accensus, iu-
becat exūi, & crudelibus boum neruis crudeliter cædi. Deindē cūm vellet ei effi-
cere fessum acerbior em, iubet plegas cilicio arteri. Cūm puniretur ergō tam inhu-
manè, periebant graves fontes corporis, ad eō ut totum solum irrigaretur san-
guine virginis. Deindē post verbera eam carcer excipit, dum occupatus esset Præ-
fis in deliberando, cuinam supplicio eam postea traderet.

Cum autem iam esset nox media, lux ipsam circuncircā illuminat à superis, & Cap. 7.
Christus ei
apparēt, qui & ei addebat animum, & iubebat vt nullo modo timeret ma- in carcere
lahominum. Ego enim, inquit, sum tecum, & seruaberis sub umbra alarum mea- apparet.
rum. Nondiu finem acceperant verba, quāe siebant martyri, & quod ab Esaia di-
stum est, in ea est consummatum. Nam cūm citō ei exortæ essent curationes, & pla-
gæ, tanquam non fuisse ab initio, à corpore expulsæ essent, gaudium tenuit san-
dam & exultatio, & letitia æterna super caput cius, vt rursus dicam, quod dicit E- Esa. 35.
fias. Mulier autem quædam pia, & timens Dominum, nomine Iuliana, tunc con- Iuliana mu-
uersans cum martyre, postquam admirabilia, quæ in ea facta sunt, est intuita, & lier, marty-
quædam modūm continuo plaga euanerunt, Deo dans gloriam, & instar sororis at. tis associ-
cum martyre consentiens, seipsum preparabat ad plagas & flagella. Deindē cūm
Præfis ad secundam sedisset examinationem, adducta ad eum sancta, & visto admi-
rabilis omnibus spectaculo, quod nec leuis quidem in eius corpore laceratio, ne-
quevlis vibex apparabat. Iudex ad veritatem aperte cæcutiens, mittens magnæ
Dei potentia ascribere id, quod factum fuerat, & prioris vita & erroris duci poenit-
tentia, ille potius omnem exuit pudorem, & dij suis impudenter eam attribuens
sanctionem: Vides, dixit, ô Barbara, quemadmodū te dīj tuentur, & tuū curam
gerunt, qui tuas plagas curārunt. Cui martyr Christi: Qui similiter, inquit, arquè tu, Conflans
vox marty-
cæcutiant, & humana manu indigent ad hoc, vt perducantur ad essentiam, quem
admodum tale quid potuerunt facere? Sed si vis scire quisnam sit, qui me sanauit,
est Iesu Christi filius Dei vivi: quem fieri non potest vt contucaeris, cūm profun-
distenebris impietatis orbatus sis oculis animæ.

IUS

CP

III.

D E C E M B E R.

982

Cap.8. His verbis Præses ad maiorem accensus iracundiam, & non valens se continere,
Immaniter iubet ijs, qui aderant, ferreis peccinibus latera virginis scindere, & tedi signis mem-
ericiatur.

Iam lacerata vrente. Deinde etiam malleo percutere venerandum eius caput.
Quæ quidem cùm celerrimè fierent, ea videns pia Julianæ, & animo ægriferens,
cùm non posset opem ferre, faciebat quod poterat, & sium in eam amorem often-
debat, nihil curans eos qui aderant, nec Præsidem: sed vberes lachrymas effundens
ex oculis. Cùm eam ergò adspexisset Martianus, & quænam esset didicisset, po-
quàm eam quoquè audiuit esse Christianam, & Barbaræ misericordia moram, an-

**Item S. Iu-
lianæ.** mo perturbari, iubet eam quoquè compræhendi, & ligno suspendi, & similiter at-
què martyri, peccinibus ferreis latera discripi. Atque varijs quidem certaminibus

exercita Barbara, cùm acerbè laniaretur, oculis in cælum sublati, Tu nōsti, inquit,
Deus cognitor cordium, quod te desiderans, & tuas amans leges, me te totam tibi ob-
tuli, & à tua pendo dextera. Tu ergò Domine, nè me derelinquas: sed me per tu-

am suscipias misericordiam, & nos ambas confirmare & corroborare, ut cursus pra-
sentem peragamus. Sed sic quidem martyr Christi Dominum, propter quem

haec sustinebat, rogabat, ut eius auxilio roboraretur natura imbecillitas. Sciebat

enim eum esse veraceum, qui dixerat: Spiritus quidem promptus, caro verò in-

firma.

Cap.9. Tyrannus autem, vt qui ei se omnino opposuerit aduersarium, vt animi super-

ret fortitudinem malorum copia, conuertitur ad aliud supplicium; & iubet ex-
vbera earu-
excinditur

rum vbera scalpello effodi. Scio vos ad solum perpeccionis auditum caligasse. Quid ergò effectum erat ut hoc patarentur, idque fœminæ, nisi amor quo tenebantur,

Christi, inquam, amor in expugnabilis? Sedenim Christi ancillam Barbaram min-
ime latebat, quodnam esset eis medicamentum aduersus dolorem tam vehemen-

tem. Propterea rursus inuocabat supernum auxilium: Nè auertas à nobis, dicens,
faciem tuam Christe, & spiritum sanctum tuum nè aueras à nobis. Redde nobis,

Domine, exultationem tui salutaris, & spiritu principali confirmare nos in tuo ti-

more. Cùm verò ad hoc supplicium ambabus esset vnuus animus, & vna & eadem
constantia ac toleranciam, Præses aliquid callidius, vel potius malignius exco-
tans, eas disiungit à se inuicem: & Julianam quidem tradi in custodiā, Barbaram

Graue supplicium pu-
dicissima virginis.

autem iubet nudam traduci per regionem, & præterea flagris cædi. Martyr ergò

tam turpiter & tam indecorè circumsta, rursus faciebat ea quæ confuerat, & in

cælum defixis oculis, Qui cælum, aiebat, circundas nubibus, & terram tanquam fa-

scijs contingis caligine, ipse quoquè o Rex, meam operi nuditatem: & effice, vi mei
membra non cernantur ab oculis infideli im: nè tua ancilla subsanner & irrideat

ab ijs, qui nos circunstunt. Audiuit exemplò sancto suo velox Deus a defenso-
rem: & statim apparens, cor quidem eius implet gaudio: quæ sub visum autem

non cadebat, eam stola induit. & cùm sic peregit transvectionem, rursus cantad
fceleratum adducunt Martianum.

Cap.10. Postquam ergò cognovit eam, & quæ idem sentiebat, pulcherimam Julianam,

neque bonorum promissis, nec malis intentatis vel tantillum persuaderi, canens
nè maiori afficeretur dedecore, vt quod esset aperte stultum ea tentare, quæ fieri

non possent, fert in ambas sententiam, utriusque iubens caput amputari. Prælens adit
filia occisor pater, cùm esset spectator corum quæ siebant, non hoc satis habuit, ne-

que contentus fuit tam magna calamitate, quod paternis scilicet videret oculis si-
liam, eamque tam pulchram, manibus perimi licitorum: sed nisi ipse sua manu-

iustum inferret, hoc iudicabat esse imbecillitatem & animi molitatem, perinde ac
nisi ille quoquè cerneretur malus, arbitraretur esse manifestum dedecus. Propter-

ea ergò iam prolata sententia, assumit martyrem, facturus cædem proprijs mani-
bus. Cùm ergò abduceretur in montem, & ipsam consequeretur Julianam, Barbaræ

Preccatio S. iam vitæ exitum acceptura, curam gessit sibi charæ orationis, & genibus flexis. Pri-
cipij expers, inquit, Deus, qui cælum extendisti, tanquam fornicem: terram autem
fundasti super aquas: Qui nubibus iubes vt pluant, & produxit Solem, vt lucem
præberet omnibus: & communiter hæc & iustis & iniustis, & bonis & malis fini-
suppeditas, tu quoquè nunc me precantem exaudi, o Rex, vt qui tui nominis & mei
meminerit decerationis, nè pestilens morbus in eius domum ingruat: neq; illu-

aliud ex ijs, quæ possunt corporibus afferre damnum & molestiam. Scis enim, Di-
mine, nos esse carnes & sanguinem, opera intemeratarum tuarum manuum, & b-

DE S. ANNONE ARCHIEPISCOPO COLONIENSI. 783

norata tua imagine & similitudine. Dixit, & vox de cælis audita est admirabiliter, ad calum vocans ipsam & Julianam sociam certaminis: & simul pollicens im- plenda ea, quæ perierat. Hanc iucundam vocem cum audijsset Barbara, iter ingredi perexit: & duæta est ad locum sui decessus.

Cum eo autem peruenisset, inclinato capite, paternis manibus, paterno ense ac- Cap. II.
cipit consummationem, bonus fructus ex mala arbore, appârens manifestè: Iulia- Patris sui
na quoquè simul cum ea ibidèm consummata à quodam ex ijs, qui illic erant mili- manib⁹ vir-
tibus. In eo autem loco, ubi hæc fæta sunt, impia quoquè patrem diuina persequi- go sanctis-
tur iustitia, cum nec modicum quidem hic expectâset bonitas, propter insigne vi- tium, & quod nulla esset spes curationis. E monte enim reuertens feritur fulmine, Ultio dini.
& vita omnino priuatur, non hac solùm fluxa, sed ea etiam, quæ manet, ille verè mi- na in parri-
cer & utrisque indignus. Transiit autem ad Praesidem quoque Martianum huius di- cidad.
uinus immissi ignis impetus, planè initium & certum signum illius ignis immate- rialis, qui ipsum aeternum est puniturus. Valentianus verò vir quidam pius & reli- giosus, cum martyrum sacra sustulisset corpora, & sacrif. vt oportebat, honorâsse
cantici, ea piè & honorificè deponit in loco, qui dicitur Gelassus, qui abest duode- cim milliibus ab Euchaitis, morborū medelam, animarū exultationem, piorum
virorū amabilē delectationem: Ad gloriam Christi veri Dei nostri, Quædebet ho-
nor, potentia, maiestas & magnificentia, nunc & semper, in secula seculorū, Amen.

DE MELETIO Archiepiscopo Antiocheno, cuius memoria habetur quarta Decembri, extat Sermo D. Iohannis Chrysostomi Tomo primo, quarat eum Le-
ctor 12. Februario.

DE SYMPHRONIO verò & OLYMPIO, habetur in actis S. Stephani Pa-
px, quarat Lector in Tom. 4. secunda die Augusti, cap. 7. & deinceps usque ad vnde-
cimum exclusiuè.

VITA S. ANNONIS ARCHIEPISCOPI COLO-
NIENSIS, SCRIPTA GRAVITER IVSSV REGINHAR-
di, Sigebergensis cœnobij Abbatis, à quodam, qui tamen nomen suppremit
suum: satis autem indicat, se Sigebergensis cœnobij
monachum fuisse.

Is Regin-
hardus fuit
beati Anno-
nis equalis.

PROLOGVS AVTHORIS.

Vm nonnullis id consuetudinis sit, repræhensioni magis, quam
emendationi fraternali operam dare: cumque sint & alii, partim
inuidi, partim rerum ignari, qui contraria sentiant ijs, quæ pro-
positi operis series pollicetur: ea nobis utique consolatio est in
descriptione vita sancti patris Annonis, quod obedientiæ non
leuis necessitas ad hoc nos impulit: & quod is laudes eius decla-
matus in medio testis habetur, quem & denotionis puritas, &
rerum notitia vrgent in id ipsum: quem & authoritas tanta roborat, vt etiā sit ido- Fides histo-
riæ huius.
neus per se fidem facere eorum, quæ aliunde testibus vacant. Hic est, inquam, pater
Reginhardus, cœnobij Sigerensis venerabilis procurator: qui formam scriben- Procurator,
dorum tradens, ita me suorum ultimum huic operi subiugavit, vt cùm verbis pro- Pro, Abbas.
prius var, cius omnino sensum sequar: sicut moris est puerulis, clementia prima
tentantibus, id sonare, quod prius vox monitoris præmisserit. Eius est impositi la-
boris merces, ipse legentium profectibus singulariter coronabitur: nobis nihil hinc
debetur, præter quod dum obedientiæ voto præcipienti concordauimus, suis par-
ticipari præmij, aliquod spei patrocinium habemus. Quisquis ergo non immemor
animalis bruti, quondam in nostra verba diuinitus prorumpentis, hanc vel auribus Num. 22.
dignatus fuerit historiam, credo, non valde persona, vel verborum vilitate moue-
bitur, dummodū narratio tota illi seruiat, quem in sanctis suis laudare iuvenes & Psal. 148.
virgines, fenes cum iunioribus per Psalmistam & monemur, & præcipimur. Cate-
rûm de prolixitate nemo causetur. Quem diligimus & veneramur, cuius elec-
synis & patrocinij die noctuque sustentamur & regimur, honore digno nunquam
à nobis compensabitur. Quod & ipsum de suo quenque patrono, si deuotus est,
sentire non dubitamus.